

Aduertencias para

IO ¶ Decima conclusio. Sixtus. 4. conces-
sit Fratribus Minoribus presentibus & futu-
ris tam Professis q; Nouiciis qui tamen ha-
bent propositum profitendi [& per cōsequēs
omnibus Médicantibus] ut quilibet eorum
possit semel eligere cōfessorem Ordinis sui,
qui audita eorum confessione dispenset cum
eis in omnibus irregularitatibus; homicidio
voluntario & mutilatione membra semper ex-
ceptis. &c. Et hoc bis: semel in vita, & se-
mel in morte. Ex Compendio priuilegio-
rum ver. Absolutio extraordinaria quoad
Frates, nu. 5. Hanc concessionem supra re-
tulimus ver. Absoluere & Absolutio. §. 34.
fol. 155.

¶ Circa hanc concessionem ad
uertit Collector Compendij Mendicantium,
q; licet Sixtus. 4. non excipit in ea irregula-
ritatem ex bigamia prouenientem, tamen pro
excepta debet sēper haberi: quia est grauior
reliquis ad dispensandum: & quia idem
Sixtus. 4. in quodā indulto [facto Prælatis
Ordinis Minimorum ad dispensandum cum
Fratribus] exceptit bigamiam: prout habetur
in eiusdem Ordinis Monumentis. In. 1. im-
pres. fol. 61. & in. 2. fol. 144. concess. 252.
Vnde cum Prælatis ad dispensandum cū bi-
gamis